



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

B. Henricus Conf. 13. Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

amori suo vacans, sub dio cibi sui^{que} aliquando in trigesimum diem, s^aepius in septimum oblita, ab inferno rivali in puteum præceps acta, ferventi perfusa, alia^{que} perpessa, cùm satis jam Sponso se probasset, ad nuptias est evocata. Illas splendidissimè adornari vedit in cælo, quæ Asceterio Magistra præerat, eo^{que} abductam EUPHRASIAM a Sponsi MATRE corollâ nuptiali, & dote in singulas virtutes donari. Quis jam dubitet pulchram EUPHRASIAM fuisse, quam tanto studio matrum longè pulcherrima multò pulcherrimo filio conciliabat? Ex Surio.

Vide quibus brachiis vicarie charitatis redamandu^s & amplectendus sit, qui tam i^estimavit, i^{en}ò qui tanti te fecit: De latere enim suo te reformavit, quando propter te obdormivit in Cruce, & somnum mortis exceptit. S.Bern.ferm.2.de Mut.Aquæ in Vin.

B. HENRICUS CONF. 13. Martii.

Non ablufit indoles HENRICI à stirpe suâ. Regius puer mammæ & matris, & mundi lallare generosus recusavit, & ad magni Francisci ubera, vulnera, animum appulit. Interea parente mortuo Daniæ Rege, viduum regni sceptrum & corona caput HENRICI & manum ipsa ambiebat, ingerebant hæc regni proceres, sponsa invitabat, & denique mater impellebat. Per tot tamen obstacula evadit HENRICVS in solitudines, suisque ipse Rex sibi imperat. Sed honor, quò nemo alias fugitivos citius prehendit, HENRICVM quoque in suis latbris invenit, gemmeisque vinculis ligatum cum publicâ regni lætitia ad solium reducit. At mater, (quis credat?) illa mater, quæ nuper amore filium deperibat, in novercam ecce abit, & , sive quod impe-

14. Ma
imperi
lium
HEN
defor
men,
mem
puran
regnc
dit. se
venit
De
primi
domi
subjecc
equan

Q
mus :
discip
Matu
lis, d
tor.
abitu
chor
atqui
tus e
cant
se pu
lis P
bori
MAR
altera

Mart.
ando
olita,
venti
so se
idif-
agi-
AM a
ngu-
aram
trum
con-
ndus
tanti
o pro-
cepit.

14. Mart. VITÆ SANCTORVM. 139
imperandi dulcedine capta , socium regni nec fi-
lium vellet , sive quod filii vultum jam minimè
HENRICVS præ se ferret (austera vivendi ratio
deformarat) in rogam hunc conjicit. Induit ta-
men , quam mater exuit , ignis pietatem , & incolu-
mem reddidit , pulchrius inter flamas quam pur-
puram splendentem . Minus verò jam fidendum
regno videns , in Italiā religionis causā conten-
dit . sed mors aliò ex itinere abduxit . In cælum ubi
venit , hoc denique ei regnum placuit . Ex Ferrar.

Descendamus per viam humilitatis , ponaturq; nolis
primus gradus ejus , id est primus profectus , Nolle
dominari : secundus , Velle subjici : Tertius , in ipsa
subjectione quaslibet contumelias & injurias illatas
equanimiter Pati . S.Bern.in sent.

S. PETRUS ABBAS. 14. Martii.

Q UAM Alites beati familiares PETRO , & PE-
TRVS vicissim illis fuerit , ex iis quæ narrabi-
mus , perspicies . Tyro in religiosâ Claræ Vallis
disciplinâ cum esset , obdormiscentis inter preces
Matutinas latus vellicavit Ales unus aliquis ex il-
lis , de quibus diximus , gratissimus PETRO moni-
tor . Alias cum avocante capit is dolore à sociis
abitum è templo pararet , illa repente verba à Cæli
choraulis cani audivit : Laudans invocabo D EVM ,
atque his voculis delinitus , facile dolorum obli-
tus est , perrexitque etiam ipse coepitas preces de-
cantare , etsi inter olores illos non male anserem
se putaret . Illud amœnissimum spectaculum ocu-
lis PETRI accidit , videre , cum messis tempore la-
bori cum suis intentus esset , Virginum Reginam
MARIAM geminâ altera Maria (è Solymis altera ,
altera ex Ægypto erat) per segetes ambulare , so-
ciisque